

www.e-rara.ch

**Ioh. Iacobi Harderi med. d. et phil. prof. Basil. Prodrumus physiologicus
naturam explicans humorum nutritioni et generat. dicatorum**

Harder, Johann Jakob

Basileae, an. 1679

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-72088>

Caput VIII

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CAPUT VIII.

De

OVO SIVE SEMINE MULIEBRI.

DE partibus genitalibus mulierum, semine item muliebri & ovo, ruditè satis & prolixè scripsit Cl. de Graef, in tract. de *Mulierum* organis, adeò ut operam luderemus, si eadem fuisset, & ad nauseam usque hic persequi vellemus: Paucis tantummodo sententiam nostram subnectemus: Fruuntur mulieres æquè ac viri partibus genitalibus, quàm materiam congruam & idoneam adferentibus, suntque arteriæ, quæ breviores quàm in viris, capreolatae & variae contortae in testes properant, stipatae utrinque venis & vasis lymphicis, quod residuum est, resumentibus, quàm eandem conficientibus, suntque testes bini, qui non eam figuram, nec eo situ, neque etiam iisdem, quibus viriles, contentis præditi, sed intus reconditi,

πρὸς τῇ ὀσφρὶ κατὰ τὴν τῶν νεφρῶν χάραν, lum-

bis

bis adherent, quârenes continentur, ut Arist.
l. i. de gener. cap. 3. verbis loquamur, ovu-
lisque generandis & servandis destinantur,
quâ etiam ejaculatoriis, sive oviductibus,
per quæ quod in testibus generatum est,
in uterum effunditur: Atque ita ferè ge-
neraliter sentiunt omnes tum ex Veterum,
tum ex Recentiorum scholis, in eo tamen
adhuc valdè dissoni, quod in testibus ge-
nerari contendimus, illis *semen*, hisce o-
vum esse maximo nisu asserentibus: *Semen*
mulieres generare negavit Philosophorum
Princeps l. i. de gener. anim. cap. XX. ὁ δὲ
δίων τῶν ἰνῆς σπέρμα συμβάλλεσθαι ἐν τῇ σπυγδαίᾳ τὸ
ἥλυ, ἀλλὰ τὸ γίνεσθαι πρὸς ἀπλησίαν τε καὶ ἐνίστε-
αί τῃς τῇ τῶν δερρόνων, καὶ ἅμα ὕδαρ δότικον
σιν, ὅτι ἐστὶν ἡ ὕδαρσία αὐτῇ σπέρματικῇ, ἀλλὰ
τῇ τῶν ἰδίων ἐκάστης, ἐστὶ γὰρ τῶν ὑπερῶν ἐκκε-
σις, καὶ τῇς μὲν γίνεσθαι, τῇς δὲ ἔ, &c. Quod
autem semen conferri à fœminâ per coitum
nonnulli existimant, propterea quod inter-
dum simili voluptate afficiatur, ut mas, si-
mulq; aliquid humoris secernat: id non hu-
mor seminalis, sed loci proprius. Uteri enim
excretio est, quæ aliis evenit, aliis non: A-
ristot. contradicunt Hippocr. & Gal. quo-
rum uterque semen fœminis adjudicat, ille
quidem l. πρὸς γονῆς par. VI. μεθίει δὲ καὶ ἡ γονή

διὰ τῆς σώματις, scil. γονῆν ὅτε μὲν ἐς τὰς μή-
 τρας, αἱ δὲ μήτρας ἰκμαλέαι γίνονται, ὅτε δὲ καὶ
 ἔξω, ἢν χάσκωσιν αἱ μήτρας μᾶλλον τῆς κοιλίας καὶ
 ἦσεται ἐπὶ τὴν ἀρξήναι μίσγεσθαι. Διὸ πάντες τῆς
 γένεως ῥέχουσιν αὐτὴν μετὰ τὴν ὁ αἰὼν, &c. *Emit-
 tit autem mulier à corpore genituram, ali-
 quando in ipsum uterum qui sanè inde hu-
 midus evadit, aliquando foràs, si uterus
 magis, quàm opportunum est, hiarit, & de-
 lectatur mulier ubi coire inceperit, per omne
 tempus, donec vir semen emisserit, &c. hic
 autem, l. 2. πρὸ σπέρματις, inquit, κα-
 θάρσεν ὡφθη καὶ νῦν ὅππῃ γοναίκες ἐπὶ νοσημάτων
 ὑπερβολῶν ἐνοχλημένους, εἰς τὴν μήτραν μὲν πρῶ-
 τον, ἐκ ταύτης δὲ ἔξω πλείστον καὶ παχύτατον ἐκ-
 χυθὲν σπέρμα: γένον δὲ αὐτὴ συχνὸν χηρῶσαι,
 τοσούτον τε καὶ τοιούτον ἠρθρόικε· ἀλλὰ τό τε ἴσους
 τινες αὐτὴν κατέλαβον ὅσφύς καὶ χειρῶν καὶ πο-
 δῶν ὡς παρὰ τὴναι δοκεῖν, ἐφ' αἷς ἐξεκρίθη τὸ σπέρ-
 μα, καὶ τὴν ἡδονὴν τε ὡδὲ πλεονάζον ἔλεγεν αὐτὴ
 γερονταίᾳ τῇ κατὰ τὰς συνουσίας: τῆτο μὲν ἐν τῷ
 σπέρματι παχὺ ἦν καὶ πολὺ, &c. *Quemadmo-
 dum etiam nunc in muliere, qua uteralibus
 vexabatur morbis, in vulvam prius, deinde
 ex eâ foràs & copiosissimum & crassissimum
 semen effluere visum est, quod quia diu vi-
 dua manserat, huiusmodi collectum fuisse,
 manifestum est: Sed nunc ipsam lumborum,**

pedum & manuum distentiones quædam invaserunt, ut convulsa esse videretur, quo tempore excretum est, dicebatq; se voluptate etiam simili affectam, qualis in coitu contingere consuevit, atq; hoc quidem semen crassum erat & copiosum: Confirmat hoc in sequentibus: *περὶ δὴλον ὡς εἶτε σπέρμα λέγομεν, εἶτε γόνιμον σπέρμα καθ' ἑαυτὸν λέξω, ὁ λόγος περὶ αὐθιγῶν &c.* Sive autem semen dicamus, sive fœcundum semen, utroq; vocabulo ratio conficietur &c. In hisce tantorum virorum dissidiis judicem agere difficile est: Videtur tamen *Arist.* assertum nudè consideratum magis ad veritatem accedere, quàm vel *Hippocrat.* vel *Galen.* humor enim, quem fœminæ salaces in congressu excernunt, non est semen muliebri, sed succus aliquis pituitoso serofus ex prostaticis fœminarum, inter membranam tenuissimam urethram cingentem, & fibras carneas musculi sphincteris, sitis, exstillans: Meminit harum glandularum *Celeberr. Casparus Bartholinus* in ann. 74. & 75. *Act. Med. Hafn.* Interdum etiam mucus, tenax, viscidus & lentus, à fœminis excernitur, & huic videtur respondere, semen illud crassum, cujus *Gal.* meminit: Confirmat hoc, & locus per quem illud

ejectum fuit, prius in *vulvam*, hinc *foras*, & ipsa *consistentia*, crassissimum quoniam erat; quis autem, quæso humorem talem summopere crassum, pro semine muliebri agnoverit? Vidimus sæpius hâc hyeme, in uterorum vaccinorum, in quibus foetus adhuc absconditi jacebant, sectione mucum hunc adeò tenaciter & copiosè orificium uteri internum & partes adjacentes obducere, ut cultro & digitis summo fuerit impedimento: Quod ad *voluptatem* similem, quam *Galenus* urget, attinet, potest esse ut aliquis fortè adfuerit stimulus, vel irritatio in partibus nervosis ipsorum testium, quæ qualemunque libidinem induxerit, sed semen propterea excretum fuisse nondum verisimile est, etenim & mucus acrior fibras uteri nervosas stimulando, & prostatæ, sero acriori & salso prægnantes, eadem effecisse potuerunt, imò, quidpiam quod præcessit convulsioni analogum, magis de his, quàm de quopiam humore ex testibus secreto, testimonium perhibent: Ex carunculâ etiam glandulosâ, *clitoride*, arteriis venis & nervis pulcherrimè donatâ, sin ab humore acri, vel alio quopiam objecto irritetur, quid ni voluptatis sensum deducere liceret? In

hoc tamen Arist. graviter errasse dicimus, quòd omne omnino semen foeminae denegavit, quamvis enim semen in testibus muliebribus vel aliarum foemellarum, videre non liceat liquidum & fluidum, conspicere tamen quisque potest ovula, in suis cellulis hærentia, in testibus tanquam in ovario generata & commorantia, vasculisque insignibus, arteriis, venulis &c. donata, quæ autem in tenellis, nisi probè caveatur, facilè rumpuntur vel discinduntur, quod fortè nonnullis imposuisse potest, ut non ovula, sed liquorem in testiculis deprehenderint, quamvis differentia & veritas sese facile, diligenter attendentium oculis objiciant, & hæc ova seminis loco substituiamus. Ova in omni animalium genere reperire est, si Cl. de Graef audimus. In avium, piscium, & aliorum interioribus ova progigni docuit. Aristot. l. 2. de gener. anim. cap. 1. τῶν δὲ ὡσπερ κύντων, τὰ μὲν τέλειον περιέεται ὦν, οἷον ὄρνιθες καὶ ὅσα τετραπόδα ὡσπερ καὶ ὅσα ἀποδία οἷον σῶρα, καὶ χελῶνα, καὶ τῶν ὄφειων τὸ πλεῖστον γυνῶν: τὰ γὰρ τοιούτων ὦν, ὅταν ἐξέλθῃ, σπέρμα λαμβάνει αὐξήσιν, τὰ δὲ ἀτελῆ οἷον οἵτε ἰχθύες, καὶ τὰ μαλακόσθικα, καὶ τὰ μαλάκια καλέμενα, τέτων, γὰρ τὰ ὦν αὐξάνεται ἐξεληθέντα. Οὐρα-

rorum alia ovum edunt perfectum, ut aves, & quæ quadrupedes ovum pariunt, ut lacerata & testudines, aut quæ pedibus carent, ut serpentum pars plurima: Ova enim eorum, postquam prodierunt, nullum insuper capiunt incrementum: alia imperfectum edunt, ut pisces, crustata, & mollia nomine, namq; eorum ova edita augentur. *Plin. l. X. hist. nat. cap. 52.* Ex pennatis infœcunda esse dicit, quæ aduncos habent ungues: *Genchridem* autem solam supra quaterna edere ova: In aliis animalibus perfectioribus ova notârunt, alii *Viri Clariss. Bartholinus, de Graef, Steno*, aliiq;: In cadavere infanticidæ aperturam in testibus, unâ cum ovis observavit, *Celeberr. VVepferus*, eadem ova in alius cujuspîam mulieris anatome vidit, *D.M. Theodorus Zvingerus, Philiazæ* & solertissimus, uti ex literis ejus, Scafusâ ad nos datis, habere licuit: In aliis foemellis, nos quoque observavimus similia: in cuniculo foeminâ post cornua fitos præter. an. 78. testes animadvertimus oblongos, ad attactum duriusculos & glandulosos: separatione autem tunicæ factâ, plurima in conspectum se dederunt ovula, ab invicem separabilia, quæque singulatim pressa, liquorem impetu effuderunt sero-

ferosum : in uteris vaccinis idem sæpius monstravimus , cum vasorum in unumquodque admirandâ insertionē : servamus etiamnum ovum globuli magnitudine, cum arteriâ, per quam fetam trajecimus, in illud insertâ : nec minus jucunda est ovarii leporini inspectio, & tubarum Fallopianarum ad hujus usque medium ferè continuatio, quod itidem cum utero & vasis deferentibus in sp. vin. custodimus, Clariss. *Harveus* etiam cochleis ova attribuit, uti in *Exam. coh. anat.* monuimus, quæ autem hætenus, quamvis sedulò inquisiverimus videre non licuit ; nullam quoque partium genitalium structuram, vel sexûs diversitatem, observavimus, unde mirari noli, *Φιλίατρε*, quod earum non fecerimus mentionem : Satiùs enim credidimus esse, adhuc dum de his filere, quàm incerti quid pronuntiare, monituri suo loco, si quæ evidentiora de his habituri sumus. In materiam ovorum supranominatorum, si inquiras, respondemus eam esse sulphureo salinam, quæ per arterias ad testes adfertur, & ex quâ ibidem ope præcipuè spiritus nitro-aërei, ovum generatur, fovetur, & ad maturitatem promovetur, reliquo humore, quâ per

venas quâ per vasa lymphatica refluyente in massam sanguineam. Ova ita generata ad debitam maturitatem quum pervenerunt, & magnitudinem, tunicisque vestita sunt, servantur pro futuro conceptu, foecundationem à liquore genitali maris summopere desiderantia: Decidunt autem in uterum per vasa ejaculatoria sive oviductus, quos ad usque testes pergere jam saepius vidimus, setâque trajectâ hoc ipsum monstravimus, id tamen fateri necessum habemus, nobis adeò fortunam nondum favisse, ut in testium potuerimus ex iis penetrare substantiam, ideo tamen de ipsorum descensu non dubitamus, quin enim in amplexu mutuo maris & foemellæ hæ partes diducantur & aperiantur, apud nos hucusque extra controversiam fuit, illud potius mirari subit, quare foeminæ uno tempore magis salaces sint, alio minus, quare item aliæ aliis salaciores, & quare bestiae certo tempore solum marem expetant, ad quæ ut aliquid dicamus, (prolixè enim de hisce differere, ne impudicis aures vellicemus, non consultum esse videtur) in ipsius materiæ copiam & turgescentiam, nunc frequentiore nunc raro-

rariorem, in ovorum item maturitatem,
& in salacibus, sæpe in nudam voluptatis
cupiditatem, per quam spiritus nitro-æ-
reus agitur & pellicitur, imò levem con-
suetudinem, maximâ ex parte hæc conji-
cienda esse arbitramur: Coëterùm, quia
de ovis & ovorum generatione hucusque
egimus, ut promissis stemus, eruditissi-
mum Nobiliss. PEYERI epistolium, de ge-
neratione ex ovo cum responsoriis nostris
hic subnexisse, non ingratum fore puta-
mus, utpote ex quibus, quâ de gene-
ratione, quâ etiam de fœcundatio-
ne ovi studiosus Φιλίατες
plura haurire
poterit.

